



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt XLV. Fructus, qui è faustis matrimonijs oriuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

quam concumberet, preſſus ſomno, & territus ſomnio Sitifeniſi Epiſcopo eandem vehementiſſimè requirenti remiſit intactam. Viuunt adhuc de quibus loquor. Ille baptizatus, & ipſo in ſe factò miraculo conuerſus ad Dominum, ad Epiſcopatum mirabili probitate peruenit. Illa in ſancta viduitate perſiſtit. Placuit igitur Deo viduitas, quam miraculo defendit; & iuuenis caſtitem amplexus eſt, cuius vidit Deum eſſe deſenſorem.

CAPVT XLV.

Fructus, qui è fauſtis Matrimonijs oriuntur.

Rolixè oſtendimus huc uſque, Matrimonium origine, fide, prole, indiſſolubilitate, ſine, eſſe ſtatum bonum, beneque & ſapienter à Deo inſtitutum, & multa eius commoda demonſtrauimus; incommoda autem quæ ſanè affert multa, ipſis hominibus, non hominum Conditori attribuenda eſſe. Quoniam verò maximè *ex fructu arbor agnoſcitur*, adhuc alios fauſti & infauſti matrimonij fructus attingemus. Siquidem, vt è fertili arbore, ita è ſancto coniugij ſtatu, varij fructus enaſcuntur, qui in coniuges, in liberos, in Rempubli- cam, in Eccleſiam, denique & in alios, ſiue coniugium, ſiue cœlibatum meditantès vberrimè redundant. Nam de diuino honore nihil dicam; cùm utique ad eum finem multa ſatis allata ſint, vt inſtitutoris matrimoniorum æquitas, bonitas, & prouidentia agnoſceretur. Neque Chriſti cum Eccleſia coniunctionem, in matrimonijs ſignificatam denuo repetam aut inculcabo. Alias quoque coniugia habent laudum cauſas, ob quas coniuges tripode donandi ſunt.

Primò illum ipſum, aut illam in melius iuuat hoc ſacramentum, *cui eſt melius nubere, quam viri*. Quippe non proliſ tantùm, ſed & remedij cauſa eſt inſtitutum. Hinc ibidem ait Apoſtolus, *Si ſe non continent, nubant*. Eſt ergo remedium caſtitiſ. Eſt & fidei ſeruandæ, concordie colendæ, exercendæque & patientiæ, & charitatiſ occaſio. Eſt ſubſidium & præſidium variæ neceſſitatiſ. Eſt via religioniſ, pietatiſ, ſanctitatiſ adipiſcendæ. Harum omnium virtutum exempla ordine

I.

Matth. 12. 33.

II.

1. Cor. 7. 9.

Io. Euiratus
in Prato spi-
rit, cap. 189.

subijciam. De castitate seruata ope matrimonij, in Prato Spi-
rituali, illustris hæc historia traditur: *Venimus Afcalone in
Xenodochium patrum, narrauitq; nobis Abbas Eusebius Presbyter,*
quod negotiator quidam nauigans perdidisset omnia & sua, & aliena,
euasissetq; ipse naufragium. Qui eum venisset huc, a creditoribus
comprehensus, & in carcerem missus est, direpraque sunt omnia, que
domi habebat, & coniugis ipsius vestimenta. Illa igitur ex multa
anxietate, & tristitia, & inopia, non poterat virum vel pane nutri-
re. Sedente igitur illa, die quadam in carcere, & gemente, intra-
uit vir quidam magnus, vinctis dare eleemosynam. Videns vero mu-
lierem liberam sedentem cum viro suo, vulneratus est in amore ipsius.
Erat enim speciosissima; mandauitq; illi, per carcerarium, ut ad se
veniret. Illa videns, quod Agapem acceptura esset; libenter accessit.
Qui sumens illam seorsum, ait ei: quid est, quod habes; & cuius rei
gratia hic es? que illi cuncta enarrauit. Ait autem ipse: si pro-
soluero debitum; dormies mecum, nocte ista? illa autem, vere pul-
cherrima, & pudicissima dixit ei: audiui, domine, dicentem Apo-
stolum; quia mulier non habet potestatem proprii corporis, sed viri:
permitte ergo, domine, ut interrogem virum meum; & quicquid
ille iusserit, faciam: veniensq; omnia nuntiauit viro suo. Ille, ut
prudentissimus & uxoris sue maximo deuinctus affectu; raptus non
est spe & desiderio euadendi carceris iniurias, sed ingemiscens cum
lacrimis ait uxori: Perge perge soror; abrenuncia homini; spero
enim in Dominum nostram IESVM Christum, quia non derelinquit
nos vsque in finem. Exurgens autem illa, dimisit a se hominem di-
cens; dixi viro meo, & non vult. Per id autem temporis, latro
quidam iniectus fuerat in ipsum carcerem, priusquam negotiator
vinciretur. Hic omnia inspiciebat, & audiebat viri ac mulieris ver-
ba; ingemuitq; apud semetipsum dicens: Ecce in quo isti casu exi-
stunt, neque tamen libertatem suam prodiderunt, ut pecunias acci-
perent & dimitterentur; sed pudicitiam pluris quam pecuniam esti-
stimauerunt; vitaq; istius commoda, ut illius pulchritudinem non
violarent, contempserunt. At ego, quid faciam miser; qui nun-
quam cogitavi, quod Deus esset, & idcirco homicidiorum auctor
fui? vocans autem illos ad se, per fenestram eius cellula, ubi vinctus
detinebatur, dixit eis: Ego Latro sum, & cadum patror; quam-
obrem,

obrem, quacunq̄ horà Præfectus venerit, ad mortem ut homicida ducendus sum: considerans verò pudicum conſilium veſtrum, compunctus sum; itaq; pergite, & in loco illo ciuitatis fodite, & accipite quæ inueneritis pecunias; cumq; perſolueritis debitum; plurima etiam benediçtio remanebit vobis, & orate pro me, ut & ego inueniam miſericordiam. Poſt paucos ergo dies, ingreſſus ciuitatem præſes, latronem educi iuſſit, & decollari. Sequenti autem die dixit mulier viro: ſi iubes, mi Domine, vadam ad locum, quem denotauit latro, ſi fortè vera ſint, quæ ille proſecutus eſt. Qui ait: ut tibi videtur, facito. Illa verò, ſumpto breui ſarculo, veſpere ad locum abiit; & fodiens, ollam inuenit diligentiffimè opertam; ſumensq; illam, profecta eſt. Prudenti verò uſa conſilio, paulatim creditoribus reddebat debita; ut ex hoc, ab alijs pecuniam mutuari putaretur: impleuit autem omnem debiti ſolutionem; virumq; de carceris cuſtodiâ eduxit. Dicebat autem, qui iſta narrauit: Ecce quoniam ſeruauerunt iſti mandatum Domini noſtri I E S V Chriſti, magnificauit & ipſe in eis miſericordiam ſuam. Vides cornucopiam? coronas lemniscatas? & quandam velut virtutum Pandoram? Omnia in hoc matrimonium confluxerunt; vir & mulier honeſtatis & virtutis amantes; infortunium, & infortunij patientia. Sed fortunæ bona naufragio amiſerunt, ut virtutum illis bona cumularentur. Trahitur innocens in carcerem, ſed habet comitem vxorem; quæ dum ei cibum nequit ſuppeditare, verbis & miſeratione ſolatur eſurientem, eſuriens ipſa, & miſeratione digna. Quid non facit fames? inopia ad quæ non facinora homines impellit? Adeſt tentator, & talis, ut ab eo pecunia poſſit ſperari. Quam & promittit, ſed ut mercetur voluptatem. O pecuniæ, inſtrumenta & irritamenta malorum! Audit femina, in extrema neceſſitate conſtituta promittentem. Sed quia videt ſe viro non poſſe ſubuenire, ſine offenſione viri, immò DEI, fidem datam, & Apoſtoli verba, tanto ſatrapæ, tantæ ſpei, tantis pecunijs præfert, & pluris facit caſtitem, quàm libertatem; pluris fidem, quàm famem per viſcera graſſantem: oſtenditq; pulcherrimum tentatores vincendi modum, dum docet mulieres pericula ſua maritis indicare. Et ecce etiam maritum de virtute generoſum, iacet in carcere,

tene

tenetur vinculis, nescit creditoribus soluendi, aut euadendi modum. Offertur præsens auxilium, sed quia id parum erat honestum, & matrimonij sacramento aduersum, mauult elarrire, mauult in custodia squalere, mauult catenis vinciri. Quod exemplum tam fuit potens, vt & latronem ipsum ad poenitentiam commoueret, per quem diuina prouidentia multò locupletius eorum inopiam subleuauit. Itaque seruati sunt, quia fidem datam, quia castimoniam, quia innocentiam seruauerunt: ditati sunt, quia opes iniquas contempserunt. Habent & alij coniuges plus, si contemnere possent minus, quod ab adulteris promittitur, & non nisi à coniugij contemptoribus admittitur.

III.

Sed aliud quoque fidei pariter atque castitatis, in matrimonio, defensæ exemplum accipite, in quo alius repellendi tentatrices modus docetur: nam, in memorata historia, femina virum tentatorem repulit modesta ratione, S. Pauli auctoritate, & maritali potestate; alio ingenio vsa est, contra lenocinantem, æquè lepida, ac casta mulier. *Audi, quid nostro tempore Remis acciderit, ait Thomas Cantipratanus. Erat homo, ut mihi frater ordinis Prædicatorum retulit, faber lignarius, admodum tenuis, uxorem habens pulchram & bonam. In hanc diuites quidam pecunia, sed inops corde, oculos coniecerat impudicos. Missa ergo ab eo nefanda vetula intrat domum iuencula, salutat eam, quasi incognitam, resedit ad ignem. Nec mora, circumductis oculis fatigatam se plangit. Querit hinc iuencula, unde veniat, aut quid querat? Et vetula: si ipsa sis, nescio, talis nominis, talisq; matris filia, quam habere me credo in hac vicinia consobrinam. Cui iuencula. Si illa de qua loqueris sim, nescio, tali quidem nomine censeor, & etiam habui talem matrem. Tunc vetula ruens in oscula iuencule, bene, bene, inquit, assimilaris optime matri tue. Tu autem qualem virum habes? Cui illa, bonum, inquit, opere fabrum lignarium. Mox vetula, altius claro gemitu, heu, inquit, optima matris filia, quomodo ad istam miseriam venisti, ut fabrum habeas virum, quæ tot in parentela tua magnos & diuites habuisti? His dictis, quasi mæsta, nil ampliùs locuta recessit. Inde, quarta die, reuersa, verè, inquit, multùm sollicitor, ut, post infortunium tuum, rebus saltem copiosis*

Thom. Cantiprat. lib. 2.
Ap. cap. 30.
§. 37.

copioſius valeas abundare. Inueni ergo viam, qua hoc fieri poteris,
 ſi conſentis. Eſt in ciuitate iſta vir diues & potens valde, qui te, vt
 veri mihi dixit, cum tuum infortunium deplorarem, ſuper omnia di-
 ligens concupiſcit. Cum iſto quidem habebis, quicquid corpori place-
 re poterit, vel decere. Cui iuuenula: Bonum, inquit, virum, &
 meliorem me habeo: diuitias autem cum peccato augere non cupio.
 Cui vetula, quaſi blando vultu congratulans, & hinc, inquit, magis
 te diligo, chariſſima. Hac diſcens abiit, & poſt triduum reuerſa di-
 xit. Veni mecum, chariſſima, & Eccleſiam pariter glorioſa Virgi-
 nis viſitemus. Nihil ergo mali ſuſpicata ſimplex iuuenula, parat illi,
 & cum eadem vadit. At ubi ante portam diuitis tranſeunt, vt præ-
 ordinauerat veſula, iuuenula rapitur, & protrahitur in conclauem.
 Anguſtiata ergo iuuenula, & eminus ad aures vetula, ſe inclinans
 tibi, inquit, hac nocte, contigit iuxta conſuetudinem ſeminarum.
 Nunc ad horam libera me, cognata dulciſſima, &, fide data, ſpon-
 deo cras redire. Annuit vetula, conſentit & diues. Hinc ergo iu-
 uenula domum rediens, quid fiat, excogitat. Preparat itaq; de vi-
 cinia tres fortes & validas faminas, & eas cum ſcopis clam in thala-
 mo collocauit. Quaſi autem vellet cultioribus veſtibus indui veni-
 entem veſulam, velut ad ſuum conſilium introducit. Firmato igitur
 oſtium concurrunt faminae, & nudatam veſtibus percutiant ſcopis mi-
 ſeram, uſque ad ſanguinis effuſionem. Nec ceſſant à verberibus, da-
 nec, eluctato conamine, vetula oſtium exiliuit, & nuda penitus per
 plateas auſugit. Mirantibus cunctis, quid factum ſit; audiunt, &
 conſtantem in caſtitate iuuenulam, per totam nimirum ciuitatem,
 extollunt, pluſq; lucrata eſt in honore, & gloria bona fama, quam
 fuiſſet in omnibus copijs diuitis adeptura. Merito, nam & caſta,
 & fidelis, & viri, quam auri amantior femina, vt ſe fortem
 oſtenderet, manu rem geſſit. Quin & ingenio uſa eſt. Quia
 nulla re apriùs, quam ſuſtuario, eiicitur hoc genus demonio-
 rum.

IV.

Dixi de fide & caſtitate coniugum, nunc etiam, de eo-
 rundem aliquid concordia eſt memorandum, ſive qua coniu-
 gium eſt Purgatorium, aut quædam Inferni imago. Admi-
 randæ innocentie & patientie Virgo Lyduina, matrimonio
 iunctis ad ſe venientibus dicere ſolebat: *Sacrum coniugium, di-*

Eeee

lectiſſimi,

F. Ioan. Bruges
 man, in vit.
 S Lyduinæ
 l. 2. c. 4.
 Sur. 14. April.

lectiſſimi, iniuſtis: debetis non ſolum corpore, ſed etiam animi ſerua-
re inuicem fidem; itaq; pacem ſectamini, vt Deus pacis ſit vobiſcum.
Mulier quadam filiam ſuam cuidam collocauit; & poſt nuptias,
gloriabunda expoſuit Lyduuina conditiones generi ſui. At Virgo S.
Non magnopere, inquit, penſanda ſunt, pulchritudo, natalium ſplen-
dor, dignitas, & cognatorum turba; potius ſpectanda virtus, morum
disciplina, prudentia, timor Dei, quibus modis parta opes; quo iure
teneantur. Prædixit etiam ei, filiam eius multa paſſuram, non ta-
men defuturum illi diuinum auxilium. Quod quidem ita euenit.
Fuit enim ſterilis, & afflicta eſt morbis, multisq; caſtigata flagellis;
ſed, orante pro ea Lyduuina, feliciter migravit ex hac vita. Hæc
omnia aduerſa, facilius à duobus feruntur, ſi onus vnà ferant,
aut alternatim ferant, vt Hercules & Atlas orbem. Plus pon-
deris trahunt duo boues ſub vno iugo. Malè trahitur curruſ
vno equo ad orientem, altero ad occidentem nitente. Si duo ex
vobis conſenſerint ſuper terram, ait Dominus, de omni re, quam-
cunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in caelis eſt. Hinc & con-
iuges ſi conſpirent, florent. Vt autem conſpirent ipſo coniu-
gij vinculo incitantur. Apparuit hæc concordia in primis pa-
rentibus, qui vtinam ſaltem in pomi eſu diſcordes fuiſſent.
Apparuit in Noë & vxore cum in Arcam ſequentem. Apparuit in
Abraham & Sara; in Isaac & Rebecca; in plurimis vtriuſque
Teſtamenti coniugibus. Apparuit in Macrino, qui cum vxore
xxxix. annis, ſine iurgio, ſine offenſa vixit. Scilicet, *Quam
maxima exiſtit ſalus, Quam vxor cum viro non diſſidet*, vt Euripi-
des ait. Et, apud Homerum, *Nihil hoc potius & melius, Quam
quem concordēs animis domum habitant Vir & vxor, multi dolores
inimicis, Gaudia autem amicis*. Nec gaudet magis Orcus, quam
diſcordijs. Hinc poſtquam diu multumq; laborauit aliquan-
do Alaiſtor, vt inter vnanimis duos coniuges diſſidium excita-
ret, operâ omni perditâ, ſibi fidelem anum inſtigauit, vt illa
ſuam induſtriam exereret. Audientem dicto habuit. Addixit,
ſi par nouorum calceorum, præmij loco, promitteret cæco-
dæmon. Promiſit. Tum Megæra nunc viro, nunc vxori va-
ria mentiens, ac ſuſpicionem ſuper ſuſpicionem ingerens, intra
breue tempus effecit, vt, poſt tam diuturnam pacem atque
concor-

Matth. 18. 19.

Plin. l. 7. ep.
ad Geminiũ,
Euripid. in
Medea.
Hom. lib. 6.
Odyſſ.

concordiam, non solum illis male conueniret, sed etiam ut quotidiana inter eos bella & pugnae existerent, viro rem fustibus, muliere clauibus agente, quibus, non jam ciuitas & arcas, sed mariti caput aperiret, sanguinique viam faceret, per multas ianuas profilienti. Conspecto hoc victoriae signo, ut pactis staret Stygius praedo, iussit anum ad riuum exire, ibi ex altera parte stanti, par calceorum ipse in aduersa ripa consistens, e pertica longa suspensum dicitur porrexisse, cum dicto, se ad eam propius accedere non esse ausum, eo quod profus videret, illam omnibus demonibus esse nequiores, plusque posse efficere mali, ad matrimonia disturbanda, quam ipse, quantumuis veteranus artifex malorum. E quo seu vero facto, seu ficto apologo liquet, quanti faciat concordiam coniugum, qui eorum discordiam tanti emit.

Ad concordiam, inter coniuges, stabiliendam valde necessaria est eadem religio. Non enim in rebus humanis diu consentiunt, qui dissentiunt in diuinis. Parit ergo religionis concordia concordiam animorum. Sed vicissim etiam ipsa concordia coniugum parere potest concordiam religionis, & saepe peperit. Qua de causa scribit Apostolus: *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hac consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum: sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem.* Etsi enim Christus fideli permiserit tori diuortium; quia tamen id non statuit, sed permisit Apostolis & Ecclesiae, pro varitate temporum, aliquid certi statuere, idcirco ait Paulus: *Ego dico, non Dominus, & consulo, ut fidelis infidelem non dimittat, si quidem coniunx consentit, scilicet sine fidei, & Creatoris contumelia cohabitare.* Sic enim & prolis, & coniugis saluti prodest. Quare, S. Pauli tempore *Infidelitas*, nec fuit impedimentum dirimens matrimonium cum fideli contractum, nec impediens contrahendum, si fideli non erat periculum peruersionis. Nunc vero consuetudine in Ecclesia inductum est, ut non haeresis, sed alia infidelitas & impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat cum fideli

Eccc 2 contra-

V.

1. Cor. 7. 12.

Vide Thom. Sanchez. tom. 2. de matrim. disp. 73. n. 7. Henricus lib. 1. de Matrim. c. 8.

1. Cor. 7. 14.

contractum. Olim in fide primi Christiani longè fuerunt ac-
dentiores & constantiores, pro qua vitam suam, alacri animo,
prodegerunt. Nunc tepuit virtus, & fidei constantia defecit.
Maiore igitur cautela opus est. Olim *sanctificatus est vir infide-
lis per mulierem fidelem*; quia si eam, in fide sua non impedit,
concorditer & beneuolè cum ea viuendo, sibi quasi viam ster-
nit, vt per preces, merita, verba & exempla fidelis coniugis ad
fidem conuertatur, & ipse fiat sanctus. Multæ mulieres viros
suos, & multi viri vxores suas non solum ab infidelitate, & he-
resi, sed etiam à malis moribus ad bonos traduxerunt. Nam
ad hunc modum S. Cæcilia maritum suum Valerianum, Theo-
dora Sisinnium, Clotildis Clodouæum, & Ingundis regina,
Hermenigildum maritum, teste S. Gregorio Turonensi, alia-
que alios conuertentur. E multis paucas recensero.

S. Greg. Tur.
lib. 5. hist.
Franc. c. 38.
VI.

S. Greg. Tu-
ron. lib. 11.
cap. 9. hist.
Franc.

Quanta sit Deo magis, quàm hominibus seruiendi, etiam
inter coniuges, libertas, quantaque rursus bene merendi oc-
casio & potestas, eminentissimè ostendit regina Persarum Cæ-
sarea dicta. Hæc, quia apud regem coniugem suum Arnul-
phum videbat, se ad Christum transcendendi, mille obstaculis im-
pediri, statuit Persico regno regnum cælorum antepone; &
facinus verè regio animo dignum designare. Itaque opes, gy-
næcæum, charissimum alioqui maritum, & omnem sæculi pom-
pam, heroica virtute, relinquens, Christum sponsum secuta,
ignoto habitu dissimulata, Constantinopolim profugit, apud
Christianum Imperatorem Mauritium religionis asylum ha-
bitura. Ibi, cum honorificè excipi tractarique posset, maluit
incognita latere, minùs inter ancillas, quàm dominas, repe-
rienda. Baptismo igitur tincta, è quo illam ipsa suis manibus
suscepit Imperatrix, vitam cœpit communem agere, atque fo-
ris famulari, quæ domi imperare potuisset. Nimirum pro sce-
ptro illi erat arundo, Christo, per ludibrium, in manus tradi-
ta; pro corona aurea, sertum è spinis contextum; pro gemmis
annulisque guttæ purpureæ & lucidus sanguis Seruaroris, cla-
uique ferrei, per manus pedesque illius adacti: denique pro
regio folio templum & aræ, ad quas identidem supplex versa-
batur. Hac viuendi ratione, se quàm optimè regnare existi-
mabat.

mabat.

mabat. Nec Christo tantum fuit pretiosa. Ea indole erat, ut rex Persarum, regnum, quam reginam amittere maluisset. Desiderio igitur eius inueniendae legatos qua qua misit, cum litteris, mandans, rogans, flagitans, ut, si vspiam esset, ad se, cum honore, magnificisque promissis, remitteretur. Ventum est etiam Constantinopolim, rogatus Mauritius Imperator, nihil effectum. Nemo siquidem arbitrabatur, maiestatem regiam, extra purpuræ splendorem, quaerendam. Vix tamen alibi quaerendam, quam in magna aula, censuit rex Persarum. Quare iterum, iterumque misit ad Mauritium Imperatorem, rogans, ut in reginam, quacunquē demum de causa fugitiuam, anquireret. Fecit ea sollicitudo Persæ, etiam Mauritianos diligentiores. Imperatrix igitur, tamen ante nihil minus suspicata, coepit Cæsaream curiosius obseruare; quæ vestium quidem vilitate fallebat coniecturas, modestia tamen incedendi, gestuumque; & oculorum, sermonisque moderatione, nihil vulgare promittebat intuentibus. Eam itaque ad se vocat Imperatrix, & per alterius negotij speciem, diligentius consideratam, de teneritudine ac lineamenti conijcit, vel regis coniugem, vel regio coniuge dignam esse. Sed re in presens dissimulata, à se dimittit, legatisque Persicis iubet significari, *mulierem quandam è Persia aduenam degere seruireque, in aula, qua, nisi generis originisque, profiteretur obscuritatem, de ipso vultu, pro regina haberi posset. In legatorum proinde arbitrio esse, ut explorent, quid famine illa sit, aut quale nomen trita vestis regumentum abscondat.* Non erat conueniens, ut mulier tam formosi vultus, nisi coram Imperatrice, in examen Persarum veniret. Quocirca in vnum locum conueniunt Imperatrix, Legati, Cæsarea. Nec longa opus fuit deliberatione. Faciem illico legati, non vestem incuebantur; agnitaque regina sua, *Hac est illa, quam quarimus,* inquebant; & cum dicto in genua, ante illam, procumbentes, quam poterant reuerentissima demissione, illam rogabant, *ut domum reuerti, ac regi reginam, regio solatium restituere vellet.* Hic Cæsarea proditam se deprehensamque; videns, censuit, nihil amplius dissimulandum, sed regia vtens libertate respondit, *Christianam se esse factam, cum Christianis viuere,*

Eccc

cum

cum Christianis mori velle. Quare si idem animus sit regi Persarum, ut Christiana fide ac lege vivere, Christianoq; more ac ritu baptisimum velit acceptare, nihil se morari, libentissimeq; in Persiam redituram. Sin autem persistet in cultu idolorum, ignemq; pro Deo & conditore ignis, porro adorare pergat, nunquam se neque blanditijs, neque vi ulla adductum iri, ut consentiat domum reuerti: satius esse patria, quam calo excludi; malle se exulare cum Christo, quam eum hoste Christi regnare. Quæ verba non tantum regium, in vulgari tunica, animum patefecerunt, verum etiam palam demonstrarunt, Christianam libertatem, omni humana auctoritate esse superiorem. Attoniti ea acceperant legati, mirabatur Imperatrix, tota aula obstupescibat. Sed quid mirum? ipse rex Persarum, postquam id tam generosum responsum legati retulerunt, tantæ virtutis extitit admirator; cœpitque secum cogitare, vim esse utique maiorem, quæ reginam impellat, ad tantas opes, ad Persicas gazas, ad dignitatem & coronam regiam, ad summa potius in his terris mortalium vota, ac maximas delicias, quàm Christi fidem deferendam. Quid exempla non possunt? quid non vel ipsæ mulieres in exemplis?

1. Cor. 7. 14. *Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem: & tantus rex coniugis religione incensus, extemplo statuit, Christo se addicere, perinde legem eius, ac coniugem suam sanctam ratus. Noua igitur legatione à Mauricio Imperatore petit, ut ad se mittere Antiochiam velit D. Ioannem Patriarcham Constantinopolitanum, à quo sacro latice tingi, & baptismi sacramento Christo possit initiari. Excepit Mauritius, ingenti gaudio legatos, magnosque Antiochiæ fieri iussit apparatus, quod ipse quoque profectus, regem Persarum è baptismo suscepit, Arnulphum appellatum. Quanti refert, Principem præire? Si regis ad exemplum totus orbis componitur, cur non & regnum pars orbis sequeretur? Illo igitur tempore, cum reges sexaginta Persarum millia, relicto gentis errore, ab idolis, ad Christianam religionem, suscepto sacro baptisate, transferunt. Quis eius rei author fuit? Primus quidem Deus, sed post Deum femina & coniunx pia; ut iam illi tantam salutem ascribere merito possimus. Et cur non velimus, qui iam profectus sumus,*

sumus, ad Euam primam matrem nostram, tanquam omnis mali originem, accusandam? Nec vnum duntaxat hoc exemplum occurrit:

Alia femina, & virgo vel ambita procum Christo est lucrata. S. Lucia Romani nominis Virgo, à barbaris capta, barbaros & ipsa cepit. Ea ob eximiam corporis venustatem, nobilissimosque mores (velut olim Iudith ad Holofernem) ad Ethnicum regem Anzaijam est adducta. Captus est primo aspectu barbarus; iamque vim parabat amore furens; eum illa heroidum fortissima, tota Christi ope nixa, in hæc animum verba effudit: *Scito, ô rex, me iam Deo cali nupsisse, illiusque sponsam, in illius sine ac tutela esse: cui magna cura est, ut me sibi seruet intactam illibatamque. Quare nihil dubita, te ab illo grauiter puniendam interficiendumque, si quid impuri tentaueris. Deus enim Deus Zelotes est: nec amulum potest, aut risualem suscinere.* O quam potens est Chritiana, pro virtute, libertas! ô si plures audent, in suæ, aut aliorum salutis causa aperte loqui! quam magnos saepe fructus legeremus! Pauca hæc Lucie verba, tantam vim habuerunt, ut vel barbarum regem Dei timore perculsum à flagitio absterrerent, virginemque integerrimam conseruarent. A cuius violatione non solum abstinuit Anzaya, sed etiam illam de virtute tantificet, ut eam in regia domo opipare habitam, contra aliorum petulantias ac libidinem, quam attentissime custodirer. Nullum opus pietatis cælestis Pater relinquit absque remuneratione. Quare etiam hanc Anzayæ humanitarem, abstinentiamque insigniter compensauit. Siquidem per Lucie Virginis assiduas ad cælum preces, & plus quam ab homine excogitata utilissima consilia multas, clarasque, in bello, victorias regi est largitus. Ad eam castitas meretur triumphos. Neque satis fuit, per Virginem, vicisse, nisi etiam per eandem recte credere didicisset. Siquidem castissimis eius exemplis, atque sanctissimis moribus motus, eam legem amplexus est, quæ tales mores faceret, Christi que se iugo subiecit. Videtis virginis captæ quanta fuerit potentia in capientem? Si potuit hoc in procum, quem repulit; quid potuisset in sponsum, quid in maritum, nisi maiori iam

VII.

S. Antonia.
2. p. tit. 3. c. 1.
§ 37.

iam antè sponso enupisset? Immo, quia nuptias carnis repudiavit, plus potuit. Siquidem rex Anzaya ad Christum conuersus, vt regnum quæreret non periturum, cum stupore omnium, regnum caducum deseruit sponte, ac, Lucia comitante, Romam est peregrinatus. Ibi ostendit, quid vir, quid miles, quid rex, à femina pia possit discere. Quippe Christum confessus Deum, crudeli Diocletiani mandato, cum sanctissima Virgine Lucia, alijsque viginti & vno Christianis, in carcerem coniectus, ac postea capite plexus, ad caelestem coronam æternaque cum agno nuptias euolauit. *Tanti dux femina facti,*

VIII.

Ferrarius die
31. Augusti.

Itaque non ad fidem tantum, per feminas, viri sunt adducti, verum etiam ad sanctitatem vitæ, constantiamque in fide, conseruanda atque profutenda. Quis nescit ordinem Iesuarum? Eius origo talis fuit. Anno 1355. agebat Senis, Ioannes de Senis dictus, nobili Columbinorum familia oriundus, qui vxore ducta, filium filiamque adeptus, in publica negotia, opesque priuatas augendas admodum intentus, cum aliquando videret, prandium desiderio suo, tardius à coniuge apparari, festinaretque prodire ad condictum, vehementius in eam excanduit. Illa, vt erat pia & modesta, rogauit, vt æquo animo esset, se properè omnia curaturam. Interea, temporis fallendi gratia, codicem antiquum illi porrigebat, de Vitis Patrum, legendum. Ille, vt erat iratus, codicem à se abiecit. Ita autem detumescente, penitens facti, librum de terra sustulit, aperuit, inciditque in vitam B. Mariæ Ægyptiacæ. In qua perlegenda ita incaluit, vt illico alius à se esse cœperit. Itaque rebus caducis omnibus spretis, cœpit pauperibus sese præstare liberaliorem, in templis sistere frequentiore, precibus diuinis exhibere affectiorem: quemque prius vxor ad sacræ historię lectionem inuitauerat, is iam illam vicissim incitabat, ad votum perpetuæ secum castitatis edendum. Exinde seuerè viuere, egenos & morbosos in domum suam pertrahere, ijs seruire, pedes abluere cœpit. Quin & inuentum leprosum, ante templi fores, vlceribus coopertum, humeris susceptum in domum suam portauit, vt ei ministraret, qui quia, eo in templo rebus diuinis vacante, euauit, Elysijs quadam odoris fragrantia post

post se relicta, haud ambigue creditus est fuisse Christus. Hoc miraculo igitur commotus Ioannes, omnes opes suas in pauperes sparsit, mendicatio viuens, & vbique in plateis Christum poenitentiamque predicans, 60. discipulos acquisiuit imitatores. His comitantibus Viterbium venit, vt inibi à Pontifice Urbano V. ordo illius confirmaretur, prodigio prius diuinitus confirmatus. Nam, quacunq; incedebat, *laudem* illius diuina bonitas *ex ore infantium perfecit*. Siquidem lactentes fari coeperunt, & clamare ad matres, *Bene facite IESVATIS*. Vnde huius tanti viri originem traxit sanctitas? *Tanti dux femina facti.*

Quanquam vicissim & viri saepe vxoribus fuere morum, ac vita magistrum. In vita SS. Martyrum Cosmæ & Damiani legimus, virum quempiam Malchum nomine pietati cultuiq; sanctorum apprimè deditum alio longè profecturum, vxorem suam Numini & patrocinio SS. martyrum Cosmæ ac Damiani commendasse; eiq; præcepisse, vt tum se sequeretur, si litteras suo sigillo signatas accepisset. Ita discessit. Post dies pauculos adest nuncius, qui à marito affert litteras, notissimo signo clausas, aitq; eam in quadam ciuitate longiùs distante, expectari, se verò illam, intra breue tempus eò perducturum. Sequitur credula & simplex femina, & ignorat, quem ducem sequatur. Nuncij enim vultum habitumq; induerat Auernalis Pseudolus. Ventum erat ad inuia & auia, ibi demum laruam posuit, cumq; feminam peccato non posset, voluit precipitio perdere, & de alto saxo excussam equo in profundam vallem paludemq; iactare. Quo in certamine mulier viri sui memor, oculos primum, deinde etiam manus & vocem ad cælum sustulit, itaq; rogauit: *O Deus SS. Cosmæ & Damiani, succurre mihi, horum enim patrocinio freta, ignotum hunc pestimum ducem secuta sum. Eripite me igitur festinanter, o patroni, ex insidijs manibusq; huius inimici.* Ad verba hæc, cum magno cælestis militiae numero adfuit Cosmas & Damianus, militari habitu instructi. Quibus aspectis Proserpinæ nuncius se ipsum de rupe in caput precipitavit, viderique desijt. Relictam igitur feminam Diui, per ignotas vias, incolumem reduxerunt. Quibus laudan-

F f f

laudan-

Psal. 8. 3.

IX.
Sur. 27. Sept.
in vita SS.
Cosm. & Da-
miani

laudandis illa, per omnem vitam grata fuit; Sed & marito, à quo didicit, in periculis, optimos Patronos inuocare.

X.

Lib. 9. Histor.
Tripart. 6. 13.

Io. Pet. Maff.
lib. 4. select.
ep. ex Ind.
Francisci Ca-
pralis ad Io.
Bapt. Mau-
tuan.

Quemadmodum hanc maritus, contra vim fraudemque mali demonis, docuit sese munire, ita Augusta Placilla precibus retinuit Theodosium, ne Eunomium audiret Niceno dogmati aduersa docentem. Atque ut nostri quoque sæculi historiam afferamus, in ipsa Xichi regione, teste Petro Maffeo, cum aliqua facta est ad Christi gregem accessio, tum insuper edita sunt nonnulla vera fidei ac pietatis illustria documenta: cum enim neophytis quidam proposita capitis poena perterritus, qua humana fragilitas est, à Christi nomine defecisset, id uxor eius ita indignè tulit, ut una cum filio sese à viri conuictu & consortio protinus remoueret, fortiter increpans: Auertat à me Dominus, ut cum eo veniam, qui mortis metu Christum eirauit. Quo facto miser ille compunctus intus sensibus, & culpam agnoscoens, noctu clam ad Aribuilem Vasum accessit, & effuse ducensq; ex alto corde suspiria, locum penitentia suppliciter petijt, paratus tanti peccati quodlibet situm supplicium: quin etiam certum sibi esse affirmans, relicta patria suisq; omnibus in Christianorum loca migrare, ut religionem susceptam liberius colere liceret. Nec sefellit fidem. Nocte intempesta, ipse cum fratre ac duodecim præterea consilij eiusdem socijs abiijt. Qui omnes, re familiari, & agris facta iam semente, neglectis, rursus & regentes Christo seruire potius, quam domi diuites, & apud principes gratiosi & potentes, colere maluerunt.

XI.

Victor Vti-
cens. lib. 3.
de perfec.
Vandalor.

Admiranda S. Nataliæ Adrianum maritum neophytum in fide confirmantis, & ad maxima supplicia toleranda adhortantis fortitudo, paucis describi non potest, & alio loco à nobis explicatur. Hic tamen omittendum non est, quod Victor Vticensis recenset de alia mirabili heroide virum in officio retinente. Hunerico Vandalorum & Alanorum rege in Ecclesiam sæuiente, impio eiusdem mandato, Liberatus honesti nominis vir, & medicæ artis peritus in exilium ire iussus est, sed antè tentandus, quàm amandandus, & tentandus quidem Ariana calliditate, per sobolem in parentes grassante. Ariani enim, ut per affectum pietatis virtutem genitorum, offerrent, filios à parentum amplexa voluerunt auertere. Et jam unum

num post alterum ceperant trahere, cum matre imbecillior pater visus est nutare. Nimirum non omnes animi robore Abrahamio æquantur. Itaque Liberatus charissimorum pignorum amore mollescit, commoueri, mutarique mente & vultu conspiciebatur. Iam steterant in procinctu lachrymæ ex oculis casura, nisi eas vxoris virtus & verba refrænassent. Hæc enim, *in conspectu regum & militum ita loquebatur. En propter filios, Liberate, perditurus es animam tuam? Computa eos non fuisse natos: nam & ipsos omnino vindicaturus est Christus. Nonne vides eos clamantes? & dicentes: Christiani sumus?* Talibus dictis mulier virum animauit. Itaque in diuersas custodias seducti sunt, ut colloqui non possent, neque scire, quid cum alterutro gereretur. Igitur iterum fraudibus instructa fuit machina. Adeunt mulierem, & iubent eam tandem manus dare, affirmantes, maritum illius, iam cessisse atque regis imperio paruissse. Quibus illa respondit, cupere se videre maritum, eo conspecto, postea facturam, quod è re sua esse videretur. Eo ipso fortè tempore, maritus illius, ante tribunal, ingenti hominum multitudine stipatus, stabat. Ad quem adducta vxor, verum esse rata, quod à satellitibus audierat, palam atque omnibus cornentibus ad illum aduolans, presumque collo stringens: *Perdite, inquit, & reprobe, gratia Dei, & misericordia eius indigne, quare voluisti ad modicum gloriari, & in æternum perire? Quid tibi proderit aurum? quid argentum? nunquid liberabit te de camino gehenna?* Hæc atque alia plura in hunc modum, illa dicente, respondit Liberatus. *Quid pateris, mulier, Quid tibi videtur, aut quid fortè de me audire potuisti? Ego in nomine Christi Catholicus permaneo, nec amittere aliquando potero, quod teneo.* Ita & mendacium hæreticorum detectum est, & vxoris constantia in virum redundans triumphauit. Sed & illud apparuit, posse affectum quoque ipsum erga liberos à parentibus triumphari; Numinis amore amorem filiorum exuperante.

Quod victoriae genus in alia femina illustrius fuit, de qua idem Victor Viciensis, ibidem hæc subiungit. *In ciuitate Culusitanæ, quaedam matrona, auctrix nominis sui Victoria, dum in conspectu uxoris, continuo suspendio cremaretur, à marito iam*

Efff 2 ... perdit

XII.

perdito (fidei desertore) filijs presentibus, ita rogabatur: Quid pateris, coniunx? Si me despicias, vel horum, quos genuisti, miserere impia paruulorum. Quare obliuisceris uteri tui, & pro nihilo ducis, quos cum gemitu peperisti? Vbi sunt fœdera conjugalis amoris? Vbi societatis vincula? quæ inter nos dudum honestatis iure tabula conscripta fecerunt? Respice, quæso, filios ac maritum, & regia instantis implere festina præceptum, ut & imminetia adhuc tormenta lucreris; simul & mihi doneris, & liberis nostris. Sed illa nec filiorum fletus nec serpentis audiens blandimenta, affectum multo altius eleuans à terra, mundum cum suis desiderijs contempnebat. Quid enim iam continuatione suspendij vultis humeris, etiam quicruentabant conspicerent mortuam, deposuerunt omni parte exanimem. Quæ postea retulit, quandam sibi Virginem astitisse, atque tetigisse membra singula, & illico fuisse sanam. Quid de hac femina dicam, quæ constantia omnem virilem animum est supergressa. Nonne digna fuit, quæ Virginem haberet astitem, quæ patronam miraculosè sanantem? quæ omnes in coniugio postarimitatrices? Vide quàm multis oppugnata machinis, non sit expugnata. Aliæ multæ nec minas possunt vincere, nec blanditias contemnere: hæc tyranni imperio non terretur, neque regijs promissis capitur. Aliæ virum plus amant, quàm Deum, neque decorum existimant aduersari præceptis mariti, etiam si diuinis præceptis repugnent: hæc censuit, obedire Deo magis, quàm hominibus, & ipsi adeo coniugi obedire oportere. Aliæ ne verbum quidem possunt durum pati; hæc suspensio tortæ, flammis vltulata, humeris lacerata, inter dirissimos cruciatu constans manet. Et quid aliæ non faciunt amore liberorum, in qua peccata non consentiunt? Hæc marito filios miseratione dignos ostentante, fœdera conjugalia exprobrante, natura affectum, pietatem erga paruulos, potentissimi arietis instat, adhibente, velut Marpesia cautes persistit immota; magisque patientia sua, & fidei profitendæ constantia maritum configit, quàm ipsa à carnificibus saucietur. Hoc coniunx à coniuge habet, ut quantum conatur illam à Christo auellere, tantum ipse ad eam attrahatur. Necne sanè liberi etiam materem à matre sua, quàm tantum exempli hærediterere. Et iam potuerunt.

Atque hic quoque fructus è matrimonijs redundat, ut quemadmodum parentes filijs dant initium vitæ, ita etiam eos Deo viuere doceant; immo & mori Deo. Qualis fuit prorsus nunquam satis memoranda illa Machabæorum mater, quæ capta, ac flagris & taureis, cum filijs cruciata, non solum sicis oculis immania filiorum suorum tormenta aspexit, sed etiam quid non dixit, quid non fecit, ut eos animaret, immo ut se ipsam? Nam dum primus maximas, in eorum conspectu patere tur diritates, ceteri, una cum matre, inuicem se hortabantur mori fortiter. Itaque supra modum mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ percuntes septem filios, sub vnius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat, propter spem, quam in Deum habebat: singulos illorum hortabatur voce patria fortiter, repleta sapientia: & feminea cogitationi masculinum animum inserens, dixit ad eos: Nescio qualiter in utero meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam donavi vobis & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compegi: sed enim mundi Creator, qui formauit hominis natiuitatem, quiq; omnium inuenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet, & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis, propter leges eius. Denique cum adolescentior vnicus superesset, inclinata ad illum dixit: Fili mi, miserere mei, quæ te in utero nouem mensibus portauis & lac triennio dedi, & alui, & in atatem istam perduxi. Peto, nato, ut aspicias ad calum & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus: ita fiet, ut non timeas carnificem istum; sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Huic similis est septem filiorum martyrum mater & ipsa martyr Felicitas, quam D. Gregorius, in Ecclesia eius eximie dilaudauit. Similis est & Theoclia, quæ Pompeiopoli in Cilicia, præside Maximino, eum filius eius castissimus, ipso Paschatis festo die, post virgas, neruos, rotas, flammæ, cruci affigendus esset, ob Christianam religionem, carnifices rogauit, ut eum inuerso capite, more, & Patris Apostoli, affigerent. Inde ergo virgineus iuuenis, in Culusitanæ fortissimæ matris vitam, in cælum animam effu- in conspectu vulgæ te, aspiciente, adhortante.

XIII.

2. Mach 7. 1.

Sur. 10. Felicitas
vita eius. S.
Greg. hom. 31
in Euang.
Metaphrast.
7. April. in
vita S. Cal-
liopij.

Fiii 3

Qui

KIV.

Math. 10. 20.

Quia multæ matres magis sollicitæ sunt de filiis suis ad honores, & dignitates, quàm ad virtutes promouendis, ideo non iam memoratas, sed matrem filiorum Zebedæi imitantur, quæ cum filiis suis, ad Christum accedens, eum adoravit, & aliquid petitura dixit: *Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Rectè hæc fecit ad Christum accedendo, quanquam aliud ab illo petere debuisset. Aliæ matres, Christo neglecto, aulas adeunt, & profanos dominos, titulosque inanes ambiunt, aut etiam officia, prehensant filijs obfutura, quæ si muneribus, si precibus, si etiam fraudibus impetrârunt, tum se verè matres fuisse arbitrantur. Si autem viderint liberos suos Mundo nuncium velle remittere, si Deo seruire in statu sacratione, si ad Christi crucem euolare, tum manibus pedibusque obsistunt, tum vicinæ toti queruntur, tum cognatos omnes in concilium vocant, tum superos & inferos implorant; tum Diras omnes illis imprecantur, qui filijs earum bonum mentem iniecerunt: quibus jam alterum in cælo pedem habentes retrahunt, atque in suamet perniciem corrumpunt; ut in eis diabolos habeant, qui Angelos habere noluerunt. Ab harum sanè matrimonij laudabilis ille fructus in liberos non redundat. Longè enim à matrimonij scopo aberrant, itaque rem gerunt, quasi non cælo, sed Orco sobolem genuissent.

XV.

Ioan. 19. 25.

Aliter eas agere docuit diuina Christi Mater, qua tamen nulla magis vnquam mater filium suum dilexit, quia nulla potuit pluris filium suum æstimare, quàm quæ nouit esse Deum; nihilo tamen minùs eum à Passione sua non impediuit, neque ad tormenta euntem reuocauit. Quin vsque ad locum supplicij secuta, incredibili constantia, vidit patientem ac morientem, eumque & ipsa cælesti Patri, pro mundi salute, tanquam piacularem hostiam obtulit. *Stabant enim iuxta crucem IESU Mater eius, & soror Matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene.* Hanc sibi imitandam omnes matres deberent proponere, quarum filij aut filia, ad crucem Domini humeris suscipiendam vocantur. Quod si nimis est illis robustum hoc exemplum habent, præter suprâ laudatas matres, alias, quas in

Atque

Apud Socratem legimus, Edessæ, in Mesopotamia, fuisse templum illustre D. Thomæ Apostoli honoribus consecratum, in quod homines, ob loci sanctitatem, magna æquè frequentia ac pietate confluere solebant, qui omnes hæresin Valentis Imperatoris detestabantur. Quod ubi intellexit Imperator, Præfectum manu sua depalmauit de negligentia. Debuisset enim eos inde expellere. Præfectus non solum ob acceptam contumeliam, sed etiam quia animæ crudelitatis esse censebat, tot homines innocentes occidere, admodum inuitus parebat. Quare clam eos curauit moneri, ne se eo in templo finerent deprehendi. Illi autem, quasi iussi, non quasi prohibiti essent, ita neque consilij moti, neque minis territi, postero die, multò, quàm priùs vnquam, maiore frequentia, in templum D. Thomæ concurrerunt. Præfecto igitur, magna militum manu stipato, ad eundem locum veniente, pauperetula quædam mulier, quasi ad stipem accipiendam curreret, ita filiolum suum manu contrahens, cupidè properabat, ac ne quid negligeret, ipsam ordinem & agmen satellitum Præfecti interruptum penetrabat. Quod animaduertens Præfectus mulierem ad se citatam ita est affatus: *Quò tam inconditè curris, infelix mulier? Cui illa: Quò alij, inquit, currunt. Ille vicissim. Non audisti, ait, Præfectum cunctos interempturum, quos ibi repererit? Audisti, respondit mulier, & ob eam causam festino, ut & ipsa ibi inueniar.* Hæc tam generosa responsione accepta, in admirationem datus Præfectus Imperatorem conuenit, ei que & numerosam multitudinem, & inuictam virtutem exposuit, affirmans, omnes esse pro fide sua mori paratos; neque humanum esse, ut tanta mortalium multitudo, in templo, velut macello, trucidaretur. Qua oratione iram Imperatoris leniuit; & seruatus est tantus hominum numerus, vnus femine filium suum Christo victimam facturæ exemplo ac pietate: cuius virtus non filio duntaxat, sed etiam Ecclesiæ, ne tot sanctis priuaretur, profuit.

Pauca hæc & dixisse, & fecisse videri potest, si illam consideremus, de qua Prudentius stylo Poëtico, sed historica veritate scribit, nobilissimi Martyris Romani rogatu, coram Afcledit, in Præfecto, puerulus adhuc septennis, explosa Ethnicorum idolo-

XVI.

Socrat. lib. 4.
hist. Eccl. c. 18.

XVII.

Prudent lib.
Perisepha-
non.

idololatria, Dei vnus essentiam & Christi diuinitatem constanter asseruisset, matrem eius accersitam, eaque presentem atque intuentem, à tyranno iussos carnifices, vt pusionem in sublime sublatum manibus verberarent, perseuerantemque in Christo confitendo, exuta veste, virgis secarent. Cunctis flentibus ad tam immane spectaculum, mater imperterrita vultu, & serena fronte, amore Christi contumax stetit, ipsis doloribus filij, tanquam triumphis gaudens. Inter tantos cruciatus, vt fieri solet, viribus defectus paruulus exclamauit, scissitare. Quid ibi mater? An vbera ei & lac propinauit? anlachrymis arentem linguam rigauit? an mulsam poposcit? Nihil horum omnium fecit, sed eum etiam increpans dixit: *Christianum cedere morti non debere, aquam vitæ in Christo sufficere: fontem illum perennem esse proximum, calicem infantium Bethelemiticorum exhauriendum. Isaaci paruuli obedientiam, & septem puerorum, ex Machabaorum historia, constantiam commemorauit.* His talibus maternis dictis animatus puerulus, virili pectore stetit, strepentes virgas audiuit, ictus excepit, dolores tulit, vulnera risit, tortoribus insultauit, tyrannum triumphauit. Itaque in rabiem actus Asclepiades, puerulum capite truncari iubet. Tenebat tunc natum mater, fouebatque & sinu, & amplexu victorem, plagarum vndique sanguinem abstergens. Adest carnifex, puerum poscit; quem mater vltro porrigit Christo victimandum, nullo gemitu, nullo fletu eum prosequens abeuntem. Vnico tantum osculo ei impresso valedixit. Quid alie matres non fecissent, si vidissent septennis filij collum nudari ad ictum? si gladium stringi? si ferrum vibrari? si ceruicem ad vulnus accipiendum inclinatam? Hæc mater immota astitit: hæc astitit læta: hæc ministro caput filij amputante, non euulauit, sed hilarissima voce cantauit: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Nonne hæc à matre in filium, in Ecclesiam, in Christi gloriam fructus vberimus redundauit? O quantos posset & ab alijs parentibus fructus existere, si vellent liberos suos bene instituere atque educare? imitatione huius matris, & Elcanæ atque Annæ, quorum fuit ingens circa filioli sui Samuelis institutionem pietas, qui eum totum Deo consecrauit.

Psal. 116.

1. Reg. 1.

vt ei cunctis diebus vitæ suæ iugiter seruiret. Sed id plerumq;
 multæ agunt, vt liberos omni vanitate profanent, linguarum,
 cantilenarum, chorearum eis magistros constituunt; sera de-
 mum ætate vix discunt Deum orare, ac venerari. Alia fuit 3. Reg. 2.
 Davidis pietas, qui filium suum Salomonem, magna & fide &
 sollicitudine tradidit Nathan Prophetæ instituendum. Alia 1. Machab. 3.
 cura fuit Matathia filios suos, ne à veritate eiusque propug-
 natione deficerent, calidè exhortantis. Sed & Raguel quoq;, & Tob. 10.
 Anna filiam suam Saram pie & pudicè educatam dimittentes
 diligenter mouerunt, vt foceros honoraret, maritum dilige-
 ret, familiam regeret, domum gubernaret, & seipsam irrepre-
 hensibilem exhiberet. Susanna quoque laudantur parentes, Dan. 13.
 quòd non solum ipsi iusti essent, sed filiam quoque suam secun-
 dum legem Moyfi eruissent. Denique sollicitudinem pater-
 nam Iob egregiè ostendit, dum *consurgens diluculo offerebat holo-*
causta pro singulis. Dicebat enim: *Ne fortè peccauerint filij mei, &*
benedixerint Deo, in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.
 Non esset finis, si omnes vellem enumerare filios, in quos iste
 sese matrimonij fructus effudit; & quidem ex ipsa matrimonij
 natura, quod non solum gignendis, sed etiam bene educandis
 liberis, tanquam ob præcipuum finem, est introductum. Si er-
 go fructus arborem commendat, par est etiam matrimonij sta-
 tum de hoc tam laudabili fructu æstimare.

Hic porro fructus non in liberos duntaxat, sed etiam in
 ipsam Rempublicam sese extendit. E bonis liberis boni fiunt
 ciues: è ciuibus Respublica constat. Quanquam & alia sint
 commoda, quæ per matrimonia ducuntur ad communitatem.
 Per illa multi ad concordiam sunt reducti: per illa animati viri
 in pugnam: per illa hostes anersi: per illa sæpe integra regna
 atque imperia acquisita. Concordiæ factæ, litisque diurnæ
 compositæ illud exemplum memoratur Bernæ accidisse. Ibi
 duobus probis alioqui viris lis intercessit, de agro quodam
 compascuo. Acta res est in foro magno strepitu; sed impendijs
 vtrinque maioribus, sic vt ad incitas ambo pænè redigerentur.
 Incidit igitur eorum vni salutare consilium. Festiuore cultu
 amictus, & machæra accinctus, idem vt filius faceret, & subla-

Gggg ta in

XVIII.

ea in humeros bipenni se sequeretur, imperavit. Hoc ornatu
 concessit recta ad aduersarij aedes, p[er]sultavit, admitti flagitavit.
 Despectans ille de fenestra admiransque facti insolentiam,
 raptim & ipse sese, reiecta decote tunica, cultius exornavit, &
 v[er]similiter comprus atque ornatus se comitaretur famulus ius-
 sit. Postquam in primo se limine consalutarunt: Scis, mi, tu
 bone vir, inquit advena, quid simultatis inter nos intercedat, ma-
 no nostro malo, & forensium vulturiorum summo lucro, qui sp[er]i
 nostris plaudunt & iamq[ue] hoc agitur, ut scis, ut uterque nostrum spe-
 ctet mendicitatem, qua quid acerbius nobis accidere potest? Iam pla-
 ambo infumsumus, quam tres eiusmodi agri constitissent. Videor au-
 tem mihi rationem excogitasse componenda huius controversie multo
 expeditissimam. Est mihi filius iste corpore, ut vides, animoq[ue] pra-
 stans, ad omnem a me probitatem & laborem educatus. Filia contra
 tibi est, viro maturo, industria, gnava, casta, forma non inelegantis
 in summa te, & filio meo digna. Si igitur eam, quod bene vertat, fi-
 lio huic meo matrimonio copulari permiseris, enimvero agrum, unde
 sementis calamitatum nostrarum germinavit, cedere in dotem iube-
 bimus. Hoc pacto forenses rapulas, cornus hiantes, accipitres pecca-
 narum, & litium procrastinatores deludemus. Visus est oracu-
 lum prolocutus. Placuit & matri consilium. Neq[ue] displicuit
 filiae, qua[rum] illico convenit in manum. Indictae sunt nuptiae, li-
 tes finitae. In quem modum multa etiam aliae controversiae
 sunt sepultae, & quotidie sepeliuntur.

IIIVX

XIX.

Livius lib. 2.

Quin coniugio iuncti, non lites duntaxat, sed etiam bella
 atque hostes saepe ipsos sepeliuerunt, ac patriam liberauerunt,
 dum unus alterum aut animavit in arma, aut placavit. Co-
 riolanum dictum, Martium illum Roma inique eiectionem, ac
 proinde Romanis infestum nemo ab exitio urbis potuit aver-
 tere, praeter Volumniam uxorem, & Veturiam matrem. Nisi
 haec pro muro, & pro exercitu fuissent, atroci clade, exilij iniu-
 riam vindicasset. In manu est aequae luculenta ac proluxa histo-
 ria. Valde memoratu dignum est, quod de Meleagro Oeneci fi-
 lio recensetur. Sedebat is in cubiculo iratus sibi & suis, cum Cu-
 vetes, quibus bellum erat cum Calydomibus, urbem aggressi ingenti
 eam oppugnatione vexabant. Nec spes erat iam amplius, vel in
 viris,

viris, vel in mulieribus reliqua. Accurrunt ad columen ac extre-
mam patria anchoram, Meleagrum, senes & primores civium,
illius vires ac manus implorantes, ut arma induat, & patria opi-
taletur nutanti. Adfunt cum religione & deorum cultu ac ceremo-
nijs sacerdotes, pollicentur amplissimam opera mercedem. Illis con-
tentis ac spretis, accedit venerabilis canitie, venerabilior pietate
Oeneus, nec cunctatur, ut duriores flecteret, genua eius supplex
amplecti. Accedit mater (ob cuius increpationes Meleager contra
Curetes pugnare recusabat) ab ira in preces ac obsecrationes versa;
sorores & sodales iucundissimi, quibuscum gratissimam atatis par-
tem transegerat, orant, & obtestantur, ne se in ultimo deserat discri-
mine. Nihil eum mouet. Perstat in proposito ferox animus, omni-
bus salutem, quam ita hortatu, monitu, blanditijs, pollicitationi-
bus, precibus supplicibus petierunt, denegans. Interea hostes, irru-
ptione in urbem facta, occidere, agere, prostrernere, incendere. Tre-
pida se infert Cleopatra coniunx: Succurre, queso, mi vir, occidi-
mus, inquit, mi succurris; hostis possidet omnia, atque una recenset
omnia mala, quaecumq; hominibus contingunt, quorum urba capitur,
qua à Poeta lib. 9. Iliadis ita enumerantur:

Quot mala concurrunt, quoties sunt oppida capta?
Intereunt ciues, urbem depascitur ignis.

Abducunt alysnatos, matresq; decoras.

Huius unius vocibus & periculo, ferreus ille, ac inexorabilis permo-
tus, molles factusq; sumit arma, & pulsus hostibus, postremo excidio
urbem, ac ciues eripuit. Videlicet (addit Viues) heros ille magna-
nimus, quam natura iussione ac legem nunquam vel legerat, vel
audierat, impressam habebat in pectore, ac infixam precordijs; qua
sciebat, uxorem esse seipsum; alios omnes, etsi magnam ex pie-
tate necessitatem imponentes, extra ipsum tamen esse: coniugem ve-
ro ea esse charitate conciliatum coniugi, & eo nexu coniunctum atq;
aptum, ut multa in coniugis gratiam non refugiat, ac recuset, qua
vel sibi met ipsi recusaret.

Neque hostes duntaxat repulsi, sed etiam imperia, &
regna, per coniuges, sunt acquisita. Nam apud Curtium Da-
rius filiam Alexandro offert in matrimonium, & pro dote,
quidquid inter Hellespontum & Euphratem iacet. Vbi Par-
menio,

Gggg 2

menio,

1. 61. nihil

1. 61. nihil

1. 61. nihil

1. 61. nihil

1. 61. nihil

Viues de offi-
cio Mariti.

XX.

Q. Curtius
lib. 4.

Iustin. lib. 1.

menio, optimum, ait, regnum occupari posse conditione, non bello. Quod ante Alexandrum Darius fecit, qui Cyri regis filiam matrimonio sibi copulandam censuit, regalibus nuptijs regnum firmaturus, ut non tam in extraneum translatum, quam in familiam Cyri reuersum videretur. Post Alexandrum vero idem

Iustin. lib. 13.

fecit Perdicas, qui, teste Iustino, ut viribus auctoritatem regiam acquireret, post Alexandri M. mortem, ad nuptias sororis eius, Cleopatras, Alexandri alterius Epiri quondam coniugis, non aspernante matre Olympiade, intendit. Hoc animo est & Lycus, apud Senecam, qui de imperio retinendo delibans, tandem in his verbis consistit: alieno in loco

Senec. in Herc. Furent.

*Haud stabile regnum est: vna sed nostras potest
Fundare vires, iuncta regali face
Thalamisq; Megar: ducet e genere inclito
Nouitas colorem nostras.*

Tacit. lib. 1.
& 4. Annal.

Quam ob causam etiam de socero suo Iulio Agricola Tacitus ait: *matrimonium ei cum Domitia Decidiana splendidis natalibus orta ad maiora nitenti decus & robur fuit.* Eandem viam tenere voluit Asinius Gallus, & Seianus, ut idem Tacitus notat, quorum ille Vipsaniam M. Agrippae filiam, quae quondam Tiberij vxor fuerat, in matrimonium duxit; iste Liviae vxoris Drusi Germanici sororis nuptias ambiuit. Sed hic in spaciosum campum excurreret oratio, si numerare velim, quot per coniugia, prouinciae & regna non solum transferint in saecularium Principum potestatem, sed etiam ad ipsum Christum religionemque Christianam, de quibus iam supra quaedam recensui. Qui fructus plane est praestantissimus, & utique e faustis matrimonijs natus. Quare vel ipse Tertullianus scripsit: *prohiberi nuptias nusquam omnino legimus, ut bonum scilicet.*

Tertullian.
l. 1. ad vxor.
cap. 3.

CAPVT XLVI.

Quis fructus etiam ex infastis matrimonijs haustus sit, vel hauriri possit?



Viue in promptu est, laudare felices, & felicia; non item inuenire, in rebus calamitosis, quod commendet. Quare ut matrimonia quoque, si prospera, facile est